



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum  
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

**Kolb, Gregor**

**Rottwilae, 1725**

**VD18 12054054**

Seculum II.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

## S E C U L U M II.

## III. D. MATERNVS.

**Q**ualis quantusque fuerit D. Maternus, docuere jam gesta D. Eucharitii superius compendio data. Colonienfibus fimul & Tungris Apoftolus miffus, vitam vixit Apoftolicam, & vivere docuit Chriftianam. Annis tot vixit Epifcopus, quot diebus in fepulchro delituit, mortuus nimirum 40. Año itaque alterius Seculi 28. dum Coloniae in caelos evolauit beata anima, corpus miraculis conſpicuum Coloniae Treuiros aſcendit, ut quos Deus coniunxit inter vivos, mors non ſepararet inter mortuos.

## IV. D. AVSPICIVS.

**D**Materno in Sede Treuirenſium ſucceſſiſſe D. Auſpici- um, Author & teſtis eſt Methodius, cuius teſtimonio perſuaſi Martyrem dicimus, & teſtanti Eccleſiae credimus; quo autem mortis genere aut tempore mortem Martyr glorioſus vicerit, ignoramus.

## V. D. CELSVS.

**P**oſt S. Auſpicium felici ſorte auſpicatus Epifcopatum Tre- virenſem S. Celſus feliciori morte finiit: poſtquam vide- licet non niſi 13. annis, cum multis jam Chriſtiano- rum hoſtibus, armis certavit ſacris, inter Martyres Dux ſtetit, dum cecidit an. 142. 23. Februarii. Seculo dein X. ejuſdem re- liquias Egbertus Archipraeful laudatiſſimus e ſepulchro eruit, atque in editiori loco collocavit, quibus debitum ſuum honorem exhi- bendum eſſe ſuaſerunt miracula, nimirum & odor & ignis caeleſtis, cum hic illaſas ſervaret, ille infirmis vires & ſpiritum daret.

VI.

## VI. D. FELIX.

**A**Ntonius cognomento Pius Imperator imperavit, dum S. Felix Trevirensis Ecclesiam Episcopus gubernavit, pacis tempore multis recreatus animarum fructibus: semen namque Romanæ Fidei, authore etiam D. Felice per Germaniam & Galliam longè latè que spargebatur D. Pio Pontifice, ut id fieret, plurimùm hortante, & uberem benedictionem impertiente. Quin ut augetur semen, sanguinem suum fuderunt & Pius & Felix, dum Marcus Aurelius, aut veriùs frater Lucius Verus præfides suos Christianorum hostes acerrimos per provincias Romanas vigiliarum, inquisitorum & tortorum more distribuit & collocavit, ut Christianorum aras everterent, & severissimas pœnas de earundem præsertim authoribus exigerent. Lucio Vero succedentibus tyrannis pluribus, tametsi Episcoporum Trevirensium aliorumque Series non sit interrupta, de gestis tamen & eorundem annis haud constat satis; unde solis Episcoporum nominibus Lectorem oportet esse contentum.

VII. S. MANSUETUS.

VIII. CLEMENS.

IX. MOYSES.

X. S. MARTINUS M.

## S E C U L U M III.

XI. ANASTASIUS.

XII. ANDREAS.

XIII. RUSTICUS I.

XIV.